

Elias ex Dei mandato sese exhiberet presentem Achab, atque ex eius ordinatione ad montem Carmeli convocarentur omnes sacerdotes Baal, totusque populus Israel idololatria deceptus, & peractum fuisset sacrificium ab Elia, clasplo igne de celo, quod cum vidisset populus cadens in faciem clamavit: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus...

3. Reg. 18.

D. Chryso. Nazianz. Orandum in secreto.

64.

3. Reg. 18.

65. Ioan. Ierof.

Vualdens. Carthagena. Petr. Oxeda. Egidius. Salazar. Escobar. Flores.

Adrian. Lyr. Chryfogon. Marratus. Clithoveus.

Iustinus.

Joseph. And.

num Ioannem Bachonium in 4. dist. 2. g. 3. Bachon. art. 3. Mag. Lezanam de Concept. cap. 2. fol. 7. Lezana. Franc. Bonz. Spei.

Cum Elias positus esset in alta meditatione, & puer respexisset ex mandato eius ad mare mediterraneum. In septima autem vice, ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. 3. Reg. 18. n. 44. In septima vice hoc est in septima aetate, sicut explicat Escobar de mendoca, ait ipse, septem illi decursus septem dona Spiritus sancti representant. Vna enim Dei para data est orbi, quasi omnium donorum Dei colligatio, ait: Ecce nubecula; illa particula, ecce in Scriptura denotat rem grandem, & maxime considerandam: Nubecula. Valde vulgare est apud D. Hieron. & Patres per nubem, sanctissimam Virginem significari, ait Salazar, imo in officio solemniori commemorationis Beatissimae Virg. de monte Carmel. appellat eam nubeculam Virginis typo in signum.

66.

3. Reg. 18.

Mendoza.

Salazar. D. Hieron. Breviat.

67.

Ascendebat de mari; tamen distincta qualitatis est ab eo, mare amarum est gravidum, ponderosum, opacum, & nigrum, & sterelicans terras; nubes vero valde separata ab his imperfectionibus; nam dulcis est, levis, lucida, candida, ac maxime fecundans sic & Beatissima Virgo; quamvis orta sit de humana natura amara, ponderosa peccato denigrata; ipsa tamen tota pulchra est, sine ulla macula humanae propaginis, undique venustissima, cuncta fecundans sua prece, ac gratia.

68.

Quasi vestigium hominis. Et cuiusnam hominis erat vestigium, apud nullum, quem legi, explicatum inveni, illud tamen suo alto acumine nobis explicat, magnus Augustinus D. August. serm. 201, de tempore, quod probat ex Evangelio, & ait, Ne forte aliquis dubitet, nubem illam vestigium hominis habuisse, dixit, illius utique hominis, qui dixit, quem dicunt homines esse filium hominis. Nubes illa erat vestigium veri hominis, Christi Iesu. Christus totus sanctus, ac immaculatus: nubecula illa, nempe Virgo sacratissima, tota pura, sancta, & immaculata, Christus Iesu sanctus, purus, & immaculatus per essentiam, & naturam, utpote verus filius Dei, Virgo sanctissima tota pura, sancta, & immaculata per gratiam, & dona sancti Spiritus; utpote vestigium veri illius hominis Christi Iesu.

69.

Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Hebraicus legit: Quasi vola hominis. Vatablus, ad magnitudinem vole hominis. Chaldaicus: Nubes parva, sicut vola manus hominis. Ascendit de Occidente, id est mari mediterraneo. Vola, tam de pedibus quam de manibus dicitur; & proprie est curvitas, seu plama tam pedum, quam manuum, & Virgo sacratissima, cum ob suam humilitatem se Domini ancillam reputaret, ad Christi pedes se exhibet, & representat: pedes enim famulorum proprius locus, sic Abigail ad Davidem 2. Reg. 25. n. 24. Cecidit ad pedes eius, scilicet Davidis, loquatur obsecro, ancilla tua

1. Reg. 27.

in auribus tuis. Cum se ancillam dicit, ad pedes procumbit: Si vero cum Chaldeo referas ad manum, Nubes parva, sicut vola manus hominis; quia in ipsa Deus, fecit potentiam in brachio suo, ut ipsa celebrat in suo Cant. Luc. 1. n. 50. Dum in ea operatur ineffabile Incarnationis mysterium; ac etiam dum Deus ipsam sanctissimam Virginem tam puram, sanctam, & immaculatam creavit, ut D. Damascenus sæpe à me citatus, ipsam appellat Miraculum miraculorum maximum.

Luc. 1.

70.

Et maxime notandum, Ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis, seu vola hominis, sive palma manus, vel pedis hominis Christi Iesu, iuxta varias lectiones proximè adnotatas. Et cur sanctissima Virgo pura, & immaculata in sua Conceptione, se potius exhibet, ac ostentat in vola, seu palma manuom, ac pedum Christi in manibus, ac pedibus nostri Salvatoris insista fuerunt vulnera, seu plagæ, quibus Christus nos redemit, ibi insigne apparet sanctissima Deipara, quia infinito pretio illorum vulnerum ipsa inter omnes puras creaturas, valde singulariter à filio suo lesu fuit redempta, ut esset pura, & immaculata in sua Conceptione absque ulla labe peccati originalis, & illo pretioso sanguine, magno gratiarum, donorum, & privilegiorum imbre impinguata, sublimata, ac exaltata.

Elias sub Junipero.

71.

Com Elias dormiret sub Junipero, excitatur ab Angelo, & panem oblatum comedit. Et ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb, 3. Reg. 19. num. 8. Abulensis contendit, quod hic panis erat communis, cui Deus dedit talem viuentem ad corroborandum Eliam, ut per tot dies alio cibo non indigeret. Auctor mirabilium sacræ Scripturæ apud D. Augustinum, lib. 2. cap. 19. asserit hunc panem fuisse mirabiliter factum manibus Angelorum, cui à Deo indita est virtus ad corroborandas vires Eliae per quadraginta dies, imò etiam per plures, quibus mansit in Ipelunca, imò & per plures alios, dum ex Dei mandato iustus, ut ex Horeb tenderet in Israel per desertum, Reg. 19. n. 15. Per desertum non poterat facile habere alimentum necessarium ad vitam; & inde Abulensis ad citat. c. 19. q. 8. Quod Elias solo illo pane alimentatus est per quadraginta dies usque ad montem Horeb, & diebus, quibus ibi mansit, & illis diebus, quibus reversus est in Israel. Ita ait citatus Abulensis. Nam sicut per desertum iuit, ita & per desertum rediit, & forte fuerunt omnes isti dies plures, quam centum.

3. Reg. 19. Abulens.

Auct. Mirab.

3. Reg. 19. Abulensis.

72.

In hoc admirabili Eliae pane agnoscunt sancti Patres Eucharisticum mysterium, ut in typo, ac figura. D. Paschal. lib. de corpore, & sanguine Christi c. 10. Algerus lib. 2. de Sacramento Altaris cap. 1. Rupertus lib. 5. Reg. c. 10. D. Prosper lib. 2. Predict. & Promissionibus, cap. 28. ait, Panis Eliae est corpus Christi. In eadem interpretatione hoc loco in presenti sunt Beda, Eocherius, Angelomus, Carthusianus, Cardinalis Hugo. Et ita tenet Ecclesia in Breviario Romano ad festum Corporis Christi in primo Nocturno; & Breviarium,

D. Paschal. Algerus. Rupertus. D. Prosper. Beda. Eucherius. Angelom. Carthusian. Hugo. Breviarium.

Carmelitan. ad festum corporis Christin in primo Nocturno, dum hunc panem Eliae, ut figurant accomodat ad cœlestem, & divinum panem Eucharisticum, quod autem Elias de tanto mysterio habuisset Illustrationem, patebit ex dicendis ad finem hujus questionis.

Elias in Horeb.

Cum Elias existeret in monte Horeb in Ipelunca, & petranhisset ventus vehemens, ac validus subvertens montes, & conterens petras, magnaue terræ commotio, ac tandem ignis flagrans, ut jam explicavi superiori quæst. In septimo Eliae dono, num. 24. post ignem advenit Sibilus aure tenuis, 3. Reg. 19. n. 12. seu ut legit Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 23. Vox spiritus mitis, Qui erat vox Divini Spiritus venientis ad illuminandam, ac illustrandam mentem Eliae in sublimi cognitione magnotum mysteriorum. Hanc cogitationem, & non vulgarem nobis dat D. Gregor. Mag. lib. 5. Moralium cap. 25. & ait: Quid per vocem aure lenis, nisi Spiritus Sancti cognitio designatur. Qui tamen super Apostolos veniens per exteriorem sonum, cum dicitur, vehementem spiritum demonstratur, tanquam per adventum spiritus vehementis Actor. 8. Sanctus enim Spiritus, cum se notitia humane imbecillitatis insinuat, & sonitu vehementis spiritus, & voce aure lenis exprimitur, quia scilicet veniens, & vehemens, lenis: lenis, quia notitiam suam quatenus cognosci utcumque valeat nostris sensibus temperat; vehemens, quid quantumlibet hanc temperet advenit tamen suo infirmitatis nostra cecitatem illuminando perturbat. Id est expellit Divinus spiritus suo alto lumine, ut dicitur sap. 8. num. 1. Attingit à se ne usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Divinus Spiritus suaviter, ac leniter, fortiter, ac vehementer suis donis replet mentem, ad eam illuminandam divinus spiritus suos cœlestes effectus explicat; ac declarat in Apostolis, ac Elia; venit fortiter ad expellendas mentis tenebras, ut nulla obdurata cœcitas ei valeat resistere. Infirmitatis nostra cecitatem illuminando expellit. Venit etiam leniter, ac suaviter, quia notitiam suam nostris sensibus temperat. Ita se proportionatur nostræ menti, ut quamvis maxime obtinata sit, eam absque aliqua vi, ac coactione promoveat, ducat, ac illustret. Venit divinus spiritus vehementer, ac leniter cum igne, in Apostolis cum vestimenta, ac igne, quia vehementia, ac efficacia suæ prædicationis, ac verbi Dei penetrabilior omni gladio accipiti. Totus mundus erat ab Apostolis subjungendus, ac inflammandus in amore Dei. In Elia venit divinus spiritus lenis cum igne, quia suavitate, ac dulcedine disciplinæ regularis, quæ in Elia iniciabatur universus orbis erat afficiendus, ac divino charitatis ardore succendendus. In voce venefici incantantis sapienter. Psalm. 57. num. 6. favet huic sensui, D. Hieron. 16.

73.

3. Reg. 19. Tertulian.

D. Gregor.

Actor. 2.

Sap. 8.

Eccles. 57.

D. Hieron.

Eccles. 48.

De Elia ait Ecclesiasticus 48. n. 7. Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia deificationis. In Sina iudicium absconditum, & occultum

Gregorius.

Lyrano. Hugo. Fernand.

1. Corinth.

Origenes.

75.

Gregor.

oculum secretum Divinae providentiae, ad tutamen Ecclesiae, ad defensionem fidei, ad custodiendos justos, ad propugnandam virtutem contra omnes vitiorum turpitudines. Et Horeb. iudicis defensionis. Et Graeco legitur vindicta in rebelles, & idololatrias, ac inimicos Divini cultus, ut explicant Lyranus, Hugo, Carthusianus, Antonius Fernandez de visionibus veteris Testam. visione 9. sect. 3. & magna, & alta mysteria, ac tanta revelata sunt Eliae, ut dicat Apostolus 1. Corinth. 2. n. 9. Sed sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae verba explicans Origenes tractat. 35. in Matth. ait: Sciens quod & Apostolus scripturas quasdam secretorum profert, cum dicit alicubi sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nullo enim regulari libro hoc scriptum invenitur, nisi in secretis Eliae Prophetae. Hoc est in revelationibus secretis Eliae factis. Tot secreta, tot mysteria Deus Eliae manifestavit juxta Origenem, ut nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Et quid mirum, cum jam Eliae esset inauguratus Apostolus in ultimis futuris temporibus, ut jam superiori quaestione dixi in decimo quarto Eliae dono. n. 49.

Eliae reversos à monte Horeb, lumine divini Spiritus illustratos fundavit nostram Religionem in monte Carmeli; & ut magis Doctor, ut ait D. Gregorius lib. 2. in Ezechielem, homil. 21. Ibi quae ipse Eliae, ac Eliseus, & filii Prophetarum, praedicabant, fidei mysteria explicabant, scripturas interpretabantur, populi mores corrigebant; & multa documenta ad vitam spiritualem, ac ad Religionem dabatur, quod communiter colligunt interpretes, ex eo quod cum filius Sunamitidis mortuus est mulier volebat ire ad Eliseum, ut deprecatur pro vita filii sui, quod cum dixisset marito suo, qui respondens ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? Hodie non sum Calenda, neque sabbatum. 4. Reg. 4. num. 23. Dies Calendarum, seu prima dies mensis, ac Sabbatum erant dies festi; apud Iudaeos in quibus populus solebat convenire ad templum, & oratoria, seu alia loca. pia ad orandum, & simul ad audiendum sermonem, ac praedicationem de verbo Dei. Ac si dixisset vir ad uxorem suam Sunamitidem, cur vadis hodie ad Eliseum, cum nox sit hodie dies festus, in quo ipse Propheta solet praedicare, ac habere verba ad populum, Ita ad citatum locum Abulensis. q. 30. Lyranus, Vatablus, Chartusian. Serarius, Gaspar Sanchez, & Cornelius, ac alii communiter. Et ubi nos habemus Matth. 17. Eliae resurrexerunt omnia. Arabi cus legit, Doecebit omnia.

Eliae in multis extitit figura, ac Typus Christi Domini.

76. D. August.

D. Augustinus serm. 201. de tempore, in hoc nostro argumento comprobando multus est per totum sermonem. Et sic ait: Beatus Eliae typum habuit Domini Salvatoris, sicut enim Eliae à Iudaeis persecutionem passus est, ita & verus Eliae Dominus noster ab ipsi-

Iudaeis reprobatum est; contemptus Eliae reliquit gentem suam, & Christus deseruit synagogam. Eliae abiit in desertum, & Christus venit in mundum. Eliae in deserto corvis ministrantibus pascebatur; Christus in deserto huius mundi gentium fide reficitur: corvi illi, qui Eliae ministrabant, gentium populos figurabant. Nam gentes, ante acceptam gratiam velut mortuorum cadaveribus idolis ministrabant. Et post pauca subdit, Propheta mittitur ad viduam gentilem, ut ab ea pasceatur, vidua enim ista typum gerebat Ecclesiae: venit ergo Eliae ad viduam, quia Christus venturus erat ad Ecclesiam. Et ubi B. Eliae viduam illam invenit, exierat enim, ut aqua se lavaret, & ligna colligeret. In ligno crucis mysterium, in aqua ostenditur baptismatis Sacramentum. Et late expendit D. Augustinus, quod mulier non dixit colligo unum lignum, vel tria, sed quatuor, sed duo, quibus figura crucis exprimitur. Quia in sola Ecclesia Christi est verus Baptismus, veraque gratia IESU Crucifixi. Sic pergit Magnus D. August. Augustinus, Eliae inclinatur in oratione. & filius viduae vivificatur; Christus procumbit in passione, & suscitatur populus Christianus, & quod tribus vicibus inclinatur Eliae, mysterium Trinitatis ostenditur, & populus gentium in sola fide Trinitatis suscitatur. Et post pauca subdit: Eliae, ut diximus, figuram habuit Domini Salvatoris: Eliae oravit, & sacrificium obtulit: Christus pro universo mundo, se ipsum immaculatum sacrificium: radicitus. Eliae oravit in monte Carmeli; Christus in monte Oliveti. Eliae oravit, ut in terram pluvia veniret; & Christus ut in cordibus humanis gratia divina descenderet. Quod autem dixit Eliae ad puerum suum, vade, & considera septies: septiformem Sancti Spiritus gratiam, quae danda erat Ecclesiae, designabat. Et post aliqua subdit, Sicut supra diximus sanctum Eliam intelligite, typum habuisse Domini Salvatoris. Denique sicut Dominus, postquam multas virtutes exercuit, postquam passus est, resurrexit, & ascendit in caelum; ita Eliae post mirabilia, quae per eum Deus fecit, igneo cultu elevatur ad caelum.

Idem docet Augustinus lib. 2. contra Faustum Manicheum cap. 33. S. Ambros. lib. de Elia, & jejunie cap. 22. D. Gregor. Magn. homil. 29. in Evangel. D. Bernard. serm. 3. & 6. de Ascensu. Similiter & omnes fere Patres & tandem pro conclusione hujus conclusionis appono D. Prosperum pari. 2. Praedict. cap. 31. ubi in Elia dum filium viduae suscitavit. 3. Reg. cap. 17. n. 21. expandens se super puerum Sic ait S. Prosper. Eliae, & post eum Eliseus, ut parvulum mortuum suscitaret, juvenilia membra contexit, & Dominus IESUS se ipsum exinanivit, formam servi accipiens: parvum se illi parvo coaptavit, ut efficeret illud corpus humilitatis nostrae conforme corpori gloriae suae. Iacens subter se frigidum, suo calore succendit: Similiter & noster Salvator Dominus, à cuius calore non est jam qui se abscondat. Insufflavit ille tertio jacenti, ut urina confectio infunderetur credentibus suscitatus est mortuus, dum à morte perpetua, justificatus est impius. Et jam ut notavi tom. 3. in Evangel. cap. 31. quast. 12. num. 63. Ter Eliae incubuit puero, eique seipsum coarctando admensus est. Ter se ipsum, Christus

flus coarctavit, & homanz naturæ commensus est. Primo in utero; secundo, in Praeseptio; Tertio, in cruce; & ita ter genus humanum vivificavit, eique spiritum charitatis inspiravit.

De cognitione Prophetica.

D. Thom. 78.

Dicendum est cum D. Thoma 2. 2. q. 173. art. 4. quem sequuntur omnes Theologi ad verum Prophetam requiritur instinctus Spiritus Sancti, & ut cognoscat, & intelligat id, quod Spiritus Sanctus in suis verbis, vel factis intendit; ex quo infert Sanctus Doctor, quod nec Balam, nec Caiphas, nec milites nolentes videre vestimenta Christi, fuerint Prophetæ, cum non intelligerent mysteria, quæ sub verbis, vel factis suis continebantur, & ideo veri Prophetæ in scriptura appellantur videntes, ut notant D. Basiliius Praefatione in Isaiam, & noster D. Cyrill. Alexand. lib. 3. in Isaiam in principio. Unde recte D. Thomas citata quast. 71. art. 3. ad 2. distinguit prophetiam à fide, quia fides non dat cognitionem rerum, sed tantum certitudinem, prophetia verò tribuit certitudinem, & cognitionem, nam ut docet idem Angeli us D. Thoma eadem quast. 71. art. 1. ad 3. per prophetiam tollitur obscuritas, & ignorantiae velamen. Et latius explicat Suarez tom. 1. ad 3. part. disp. 21. sect. 1. §. 3. Principaliter.

D. Basil. D. Cyrill. Alexand. D. Thom.

Suarez.

79.

Cum verò multiplex sit sensus sacrae scripturae; literalis nempe, Symboli us, Allegoricus, Tropologicus; & etiam multae varias divisiones faciant, Quæstio est, an Prophetæ intelligant rem revelatam secundum omnem sensum intentum ab Spiritu Sancto. Affirmant S. alante lib. 1. clypei c. 21. dub. 4. & credibile reperit Bonfrerius in Prologo c. 10. sect. 6.

Sealante. Bonfrerius.

80.

Tamen opposita sententia, & negativa, & communis est vera, eam tenent D. Ambros. lib. 1. de Abraham c. 8. Ciceron. 2. quast. 171. art. 6. Martinez. lib. Hypost. cap. 1. §. Quamvis Prophetæ. Alvarez ad cap. 2. Isaiæ, vers. 5. num. 60. & 65. Serarius in Protegomen. cap. 21. q. 12. §. Quæres primo Cornelius. Proæmio in Prophetas majores quast. 2. Abulensis multis in locis, Payva, Andreas à cruce; Rna; & alij, quos citat, ac sequitur Fr. Antonius à Matre Dei. Noster Carmelita Discalceatus ad Hagogem script. Praedict. 3. dub. 8. quod ex variis locis scripturae colligunt, fat enim est, quod Prophetæ rem in ell gant in uno sensu, vel altero. Tamen majores Prophetæ, ut David, Isaias, Jeremias, forte rem intelligebant, non in uno sensu, sed multiplici, cum eorum lumen esset majus quam aliorum Prophetarum. Hoc posito.

Martinez. Alvarez. Serarius. Cornel. Abulens. Payva. Andreas. Rna. Ant. à M. Dcii.

81. Theodoret.

Inde planum fit, quod Eliae ea, quæ gerebat; cognoscebat in mysterio, de eo ait Theodoret. quast. 49. in 3. Reg. Eliae erat Prophetæ, & summus omnium Prophetarum. Cum transfiguraretur Jesus; Apparuerunt Moyses, & Eliae cum eo loquentes. Matth. 17. num. 3. & cur per ceteris hi duo eliguntur ad tantum mysterium? De qua difficultate multa dixi suo loco tom. 4. in Evang. c. 8. Respondet primò D. Chryostomus homil. 17. in Matth. Apparuerunt Moyses: & Eliae utpote vertices us. omnium Prophetarum. D. Hilarius can. 57. in

D. Augustin. lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 16. & ibi D. Hieronimus, Origenes, D. Paschasius, D. Ambrosius in cap. 9. Luc. quod apparuerunt hi duo, ut Christus haberet testimonium à Lege, & Prophetis; Moyses representabat legem, Eliae personam gerebat omnium Prophetarum. Et ita Ecclesia in Hymno in sabbatum primum Quadrages. Lex, atque Propheta primitus hoc protulerunt. Postmodum Christus sacravit.

D. August. D. Hieron. Origenes. D. Paschas. D. Ambros.

Ecclesia.

82.

Cum ergo Prophetæ cognoscerent arcana, quæ in suis verbis, vel factis continentur, & juxta sanctos Patres in actionibus Eliae, multa, & alta denotantur mysteria, utpote sacrosanctæ, & individuae Trinitatis & ineffabilis Incarnationis, salutiferæ mortis, ac passionis Christi illiusque admirabilis Ascensionis: tantorum ergo mysteriorum cognitionem habuit Eliae, illorumque revelationibus maximè illustratus, ac sublimatus est, ut magis, ac maximus Prophetæ, & in quo omnes Prophetæ continebantur, ac in quo chorus omnium Prophetarum representabatur.

QUESTIO IV.

Magnis elogiis, ac laudibus celebratur Eliae in scriptura, ac sanctis Patribus.

SUMMARIUM.

- 83. Eliae portabat infirmos, & docebat eos.
- 84. Eliae mulus apparuit ut Sol.
- 85. Eliae respicebat vita, iustitia, sanctitate, ac doctrina.
- 86. Sancti Eliae multa elogia conglomata, & num. 87. 88. 89. 90.

PRIMO cum Eliseus vidisset Eliam curru Igneo abeuntem in caelum clamat: Pater mi, Pater mi, currus Israël, & auriga ejus. 4. Reg. 2. num. 12. Hebraeos legit: Currus Israël, & equites ejus: ac si diceret, o Elia pater mi, qui eras totum robur Israël, ac magis Israëllem jurebas tuo zelo, ac oratione, quam magna Currum & equitum multitudo. Ita Procopius, Vatablus, Caictanus; Cornelius, & alii multi.

83.

4. Reg. 12. Hebraei.

Procop. Vatabl. Caictan. Cornel.

84. D. Gregor.

Alier exponit D. Gregorius lib. 2. in Ezechielem homil. 21. & ait Quid est, quod Eliae, currus Israël, & auriga dicitur, nisi quia auriga agit, Currus portat? Doctor ergo, qui mores populi per patientiam sustinet, & sacri eloqui verbis, docet, & currus dicitur, & auriga; Currus quia tollerando portat: auriga, quia exhortando agit. Currus, quia mala sustinet; auriga, quia populum bonis admonitionibus exercet. Dicitur Eliae Currus, & auriga Israël. Currus languidos, & lassos, & infirmos portat, eisque alimenta, ac subsidia vitæ humanæ convehit; auriga verò regit, ac gubernat, ut ad finem destinatum perveniat, Eliae ut verus pater, ac paterus Israël, tanquam currus languidos, ac infirmos in fide cum multa patientia portabat, dans eis alimenta, ac hortamenta necessaria ut à suis erroribus eos educeret.